



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XV. De Data, ad idem cap. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

III. inven- vacatura beneficia conferenda, ut *Job. Andreas* in addit. ad rubr. tor manda- de concess. præbend. & ad c. duobus, de rescrip. in 6. P. *Anchoranus* torum ad ad Clement. Univ. de præbend. Alii postea Pontifices hoc eodem vacatum jure usi sunt, donec procedente tempore contra jus commune & beneficia. in fraudem ordinariorum collatorum recepta, coeperunt restrin- gi. Rationes adducuntur in concilio Basileensi sessione 31. & ini- tio tituli ac *Collation. in Pragmaticâ.* Concilio Tridentino man- data de providendo & gratiæ exspectatiæ sublatæ sunt sessione 24. 6. 20.

Ea sublatæ
hodie.

CAP. XV.

De Data, ad idem cap. 7.

S U M M A R I A.

- | | |
|-------------------------------|-------------------------------------|
| 1. Data, quid. | 5. In rescriptis Ecclesiæ an dies & |
| 2. Constitutiones notationem, | Consul necessaria. |
| temporis debent habere. | |
| 3. Rescripta sine die & COS. | 6. Annus indictionis, & Pontifi- |
| 4. Tribonianismus notatus. | catus. |
| | 7. Data quo fine adhibita. |

Data, quid.
Constitutio-
nnes notatio-
nem tempo-
ris debent
habere.

Rescripta,
sine die &
COS.

Mentio Dati, vel Data est in hoc capitulo. 7. 5. *Quod nul-*
latenus. Datum vel Data est characterismus temporis,
quo rescripta emissa: *Constantinus I. l. i. C. T. de con-*
stitutionibus & l. i. C. T. de Rescr. constituit, ut Constitu-
tiones & Edicta in judiciis prolata auctoritate post hac carere de-
beant, quæ notatione temporis careant. Confer Libanum in
panegyrico Juliani Imp. Chrysostomum Serm. 1. tom. 3. edit. Pa-
ristens. At post Constantinum non usque quaque observatum fuis-
se vel ex Codice Theodosiano videre est, in quo constitutiones re-
latæ exstant sine die & COS. veluti *L. n. C. T. de perfectissimus*
dignitate. Sub Honorio Imp. quod constitutiones sine die &
Consule valuerint, fidem faciunt Acta collationis Carthaginensis.
Nam cum super rescripto quodam Constantini Imp. controverte-
retur inter Catholicos & Dönatistas, ita interloquitur Marcelli-
nus Tribunus & Notarius: *Imperiale rescriptum, cui desi Consul*
& dies in dubium revocari non posse. Quod Augustinus in Bre-
viario collationis die tertio ita narrat: *Cognitor interlocutus est,*
evi-

evidentissimis legibus definitum esse; Imperialia constituta, etiam si
COSS. non legerentur, in dubium non vocari. Denique Justinianus
dissertè jussit constitutiones sine die & Consule in Codicem
suum relatas nihilominus valere. *Conſt. de N. C. F.* §. 2. vers. et ſi
que earum & de Justiniano Codice confirm. §. 3. At Tribonianus *Tribonius*
Constantini M. legem ad beneficia nominatim personalia, ſeu re- *nifimus no-*
scripta Gratiae, ut Canonistarē appellant, quæ nempe Codici non *tatus*.
ſunt inserta, interpolando refert. At verò sub Imperatoribus
Francicis coepit lex Constantini in uſum revocari, ut videre eſt ex
Imp. Lotharii *legg. Langobardicis lib. 3. tit. 38.* Vide & L. Aleman-
nicam similem *tit. 34.* At in Ecclesia variavit consuetudo, Die & *In reſcriptis*
Consule modò adjectis, modò omissis. Pelagium & Gregorium *Eccleſiae an-*
M. primo rejectis Consulum notis menſem & indictionem ad dies & con-
ſcripſiſſe videmus. Quod tamen alii poſtea non fecerunt. Niſi ful neceſſa-
colaus nempe primus, qui Gregorium ſecutus eſt, Johannes VIII. *rta.*
Gregorius VII. Alexander III. Innocentius III. & cæteri, qui lo-
gas & multiplices epiftolas decretales ediderunt: Sed & loco in-
indictionis annus pontificatus poni coepit, ut videre eſt in Epiftolis *Annus in-*
Innocentii III. Zacharias nomen Imperatoris apposuit. Hæc *dictionis,* &
itaque Data ad falſitatem evitandam fuit introducta, quia, ut *Pontificatg.*
Gloſſa ait *ad can. dicent. 16. c. 25. q. 2.* vix aliter probari falſum. *Data quo fi-*
ne adhibita.

CAP. XVI.

Ad cap. VIII. de Reſcript.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------------------|----------------------------------|
| 1. <i>Vita Lucii Papæ.</i> | 3. <i>Urbe expulſus.</i> |
| 2. <i>Primus, qui ad formam Late-</i> | 4. <i>Lingonensis Epifcopat.</i> |
| <i>nanensem creatus.</i> | |

Caput eſt Lucii 3. Pontificis. Fuit Lucā oriundus, Tuscus, *Vita Lucii*
antea Ubaldus Allucingolus, Bonaguintæ filius, ex Cano *Papæ.*
Nico Lucensi factus Cardinalis tituli sanctæ Praxedis ab
Innocentio II. & Epifcopus Ostiensis & Velerinus, ab A-
driano IV. factus, electus Romæ à 15. Cardinalibus IV. Kalendas
Septembres Anni 1185. Fuit benè literatus, ut ait Tyrius lib. 22. hi-
H. sfor.